



# **Disputatio juridica inauguralis continens theses miscellaneas illustres**

<https://hdl.handle.net/1874/341902>

DISPUTATIO JURIDICA  
IN AUGURALIS,  
CONTINENS

Theses Miscellaneas Illustres,

Q U A M,  
FAVENTE DEO TER. OPT. TER. MAX.  
*Auctoritate Magnifici Rectoris,*

D. JOANNIS LUYTS,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in UTROQUE JURE honoribus  
& Privilegiis Doctoralibus ritè consequendis.

*Eruditorum examini subjicit*

HENRICUS WORTMAN, Altena-Westphalus.

*A. D. 28. Aprilis, hora locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō Ioc LXXXVIII.

9  
D E O

E T

P A T R I Æ

A M I C I S

E T

F A U T O R I B U S.

TRAJECTUM  
Ex Officina Francisci Hartmanni, Academicæ  
Typographi, cl. 1788.



DISPUTATIO JURIDICA

IN AUGURALIS.

CONTINENS

Theses Miscellaneas Illustres.

FORTUNANTE DEO.

T H E S I S I.



Ctiones sunt juris gentium  
non vero Juris Civilis nec ob-  
stat l. 2. §. 6. de orig. juris.

I I.

Restitutio in integrum ad-  
versus tres conformes senten-  
tias non remoratur executio-  
nem sententiæ.

I I I.

Advocatus tenetur ad culpam levissimam,  
quia est instar mandatarii.

I V.

Judicis est judicare secundum acta & probata,  
non vero propriam scientiam quia alias & te-  
stis partes ageret, quod jura non patiuntur.

V.

Jure Canonico in possessore præscribente om-  
ni tempore bona fides requiritur cap. *vigilanti*  
X. de præscript.

A 2

VI. Prin-



## V I.

Princeps tantum potest in suo Territorio quantum imperator in imperio. *art. 8. §. gaudeant. Inst. pac.*

## V I I.

Studiosus vel alius à cive vel alio non Academico homine conventus, coram Rectore M. eum reconvenire potest. *l. 14. & auth. seq. C. de sentent. ac inter loc. &c.*

## V I I I.

Probationes in judiciis per crucem, ferrum candens, aquam feruentem & frigidam meritò rejiciuntur.

## I X.

Princeps ex plenitudine potestatis, jus quæsitum ex causa publicæ utilitatis vel necessitatis auferre potest ratio est favor utilitatis publicæ.

## X.

Perjurus ratione juramenti calumniæ non punitur quia tantum jurat de credulitate.

## X I.

Sententia lata contra sententiam quæ transiit in rem judicatam est ipso jure nulla *l. 1. C. quand. provoc. non est necess.*

## X I I.

Litis contestatione interrumpitur usucapio *l. 2. C. de præscript. long. temp.*

XIII. Aca-

## X I I I.

Academiis vi *auth. habita C. ne filius pro patre*  
*&c.* merum imperium non competere tutius  
 asseritur.

## X I V.

Famuli Doctorum & Studioforum per exten-  
 sionem privilegii Dominis competentibus  
 fruuntur.

## X V.

Pacificationem religiosam Carolo quinto &  
 reliquis statibus Pontificiis, vi, ferroque extor-  
 tam & ob non adhibitum consensum Pontificis  
 R. irritam esse, frustra fremunt Jesuitæ.

## X V I.

Usufructuarius cedendo usumfructum extra-  
 neo nihil agit. §. 3. *Inst. de usuf.*

## X V I I.

Status imperii Romano-Germanici jure Le-  
 gationis gaudent, & tam ad imperatorem ip-  
 sum quam principes extraneos jus habent mit-  
 tendi legatos.

## X V I I I.

Pallium Episcopale principum Ecclesia-  
 sticorum, mortuo Episcopo non transit in suc-  
 cessorem, sed terræ mandatur cum Episcopo.

## X I X.

Submerso Episcopo in mari, Pallium in ma-  
 re projiciendum.

XX. Ex-



6 DISPUTATIO JURIDICA

XX.

Exceptio usucapionis vel præscriptionis de jure non est impium sed justum præsidium.

XXI.

Episcopus ante obtentam confirmationem vel pallium à Pontifice non admittitur ad Dicesin & administrationem.

XXII.

Augustanæ C. consortes electi in Episcopos non sunt de confirmatione Pontificis solliciti.

XXIII.

Donatio excedens 500 solidos, non insinuata valet quoad summam concurrentem ratio quia utile non debet vitari per inutile.

XXIV.

Imperator non potest statum imperii qui jure sessionis & suffragii gaudere debet, sine Electorum & reliquorum statuum consensu efficere.  
*Capit. Ferd. IV. art. 45. Leopold. art. 44.*

XXV.

Non soli Principes Regiminis sed & appanagiati habent beneficium Austregarum vel primæ instantiæ.

XXVI.

Quælibet principissæ, Comitissæ & Nobilissæ de familiis immediatorum, cum viris eodem jure gaudent arg. l. 13. junct. l. 1. C. de Dignit.

VII. Per-



XXVII.

Perdit, si talis viro privato nubat. arg. *dd. ll.*

XVIII.

Usuræ usurarum de jure sunt prohibitæ *l. 29. ff. de usur. & fruct.*

XXIX.

In Revisionibus Regula non deducta deductionem non probata probabo haud obtinet.

XXX.

Donator re donata evicta non tenetur de evictione *l. 18. §. fin. ff. de donat.*

XXXI.

Dispositio §. So Viel nun &c. Rec. Imp. Nov. proprie tantum pertinet ad causas in pecunia numerata consistentes.

XXXII.

Maritus est dominus prædii dotalis.

XXXIII.

Libri rationum de jure contra scribentem plenè probant.

XXXIV.

Prædictum beneficium cessantis præscriptionis tempore belli Germanici competit creditori indistinctè licet copiam adeundi judicis habuisset durante bello.

XXXV.

Tempus cæptæ præscriptionis ante bellum cum temporibus post bellum conjungi possunt.

XXXVI.



X X X V I.

Terminus à quo computationis 30. annorum  
est annus 18, ad quem 48.

X X X V I I.

Dignitatis Academicæ gradus anhelantibus  
certus annorum terminus non est præfixus.

X X X V I I I.

Confessio sagæ in, vel extra torturam facta,  
se vidisse hanc vel illam in monte Bruëterorum  
Germani vuigo Bloksberg deficientibus aliis,  
non est sufficiens indicium ad inquisitionem,  
nedum ad torturam.

X X X I X.

Excipiens contra testes in judicio quod sint  
falsarii, improbi, criminosi &c. & non probans  
non tenetur actione injuriarum.

X L.

Annulus pronubus non infert necessitatem  
matrimonii.

X L I.

Non examinati quin infula Doctorali ex-  
ornari possint, si eorum eruditio notoria, non  
ambigitur.

F I N I S.